

Gospel for Sexagesima Sunday

Tonus evangélii

Dominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Cum turba plúrima convenírent, et de civi-tá-tibus

properárent ad Jesum, dixit per simi-litúdinem: Exi-it, qui séminat, semi-


náre semen su-um: et dum séminat, á-li-ud cécidit secus vi-am, et concul-

tátum est, et vólucres cæli comedérunt il-lud. Et á-li-ud cécidit supra pe-


tram: et natum áru-it, qui-a non habébat humó-rem. Et á-li-ud cécidit in-

ter spinas, et simul exórtæ spinæ suffocavérunt il-lud. Et á-li-ud cécidit in


terram bonam: et ortum fecit fructum céntuplum. Hæc dicens, clamábat:




Qui habet aures audi-éndi, áudi-at. Interrogábant autem e-um discípu-li




ejus, quæ esset hæc parábola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse




mystéri-um regni De-i, céteris autem in parábo-lis: ut vidéntes non víde-



ant, et audi-éntes non intéllegant. Est autem hæc parábola: Semen est




verbum De-i. Qui autem secus vi-am, hi sunt qui áudi-unt: de-índe venit




di-ábolus, et tollit verbum de corde e-órum, ne credéntes salvi fi-ant.




Nam qui supra petram: qui cum audí-erint, cum gáudi-o suscípi-unt ver-



bum: et hi radíces non habent: qui ad tempus credunt, et in témpore ten-



ta-ti-ónis recédunt. Quod autem in spinas cécidit: hi sunt, qui audi-érunt,




et a solli-citudínibus, et diví-ti-is, et voluptá-tibus vitæ e-úntes, suffocán-



tur, et non réferunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui



in corde bono et óptimo audi-éntes verbum ré-tinent, et fructum áffe-



runt in pa-ti-énti-a.